

Johann Jacob Döbel

Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Jacobus Döbelius, Med. D. P.P. Poliater ... Ad Exequias Viri ... Caspari Schwartzkopffs/ Sedecim-Viri ... hodie parandas, Omnes Cives Academicos peramanter invitat : [P.P. sub Sigillo Rectoris, die XV. Feb. Anno M.DC.LXIX.]

Rostochi[i]: Kilius, [1669]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774782897>


Druck Freier  Zugang




D ö b e l, J. J.,
i n
C. S c h w a r t z k o p f f.

R o s t o c k, 1669.

02.





75
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES JACO-
BUS DÖBELIUS,
Med. D. P. P. Poliater, & Facultatis



suæ p. t. DECANUS,
Ad Exequias
VIRI

Eximii atque Honoratissimi

DN. CASPARI

Schwarzkopffs

SEDECIM-VIRI, quondam,

apud Nos, nec non, ÆDIS JACO-
BÆÆ, PRÆFECTI integerrimi,

hodie parandas,

Omnes Cives Academicos pera-
manter invitat.

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typog.



Rachne Lydia, Idmonis filia, studio lanificii famam quaesitura, postquam, *materna* industria, cunctas sibi similes puellas, in opere faciundo, praecessisset, ipsam quoque Minervam tandem, a qua docta fuerat, in certamen provocabat. Venit provocata, animum mentiens, ut audaciae impetum compesceret. Sed cum temerario, in certamine, ausu, permanentem videret, reversa in speciem suam, provocatricem in araneam mutat. Fabula est, qua, sapientissimi Poetarum, insolentiores mortalium conatus, tot chiliades, saepe numero, annorum meditantur, tot sibi faciundas operas formantes, & nescio, quid non, aeternum quasi duraturi, molientes, adumbrarunt, quos tamen si ad colu examines, aranearum instar tenui pendentes filo deprehendas, atque ubi paululum retrospexeris, fumos esse videas, floccos, nihil. Gravissimè Psaltes, *anni nostri*, inquit, *sicut aranea meditantur*. Aranea laboriosè, telam, ex visceribus suis primùm promptam orditur, tum diu, multumque; discurret, hac illac circumit, in idem saepius redit, seipsam consumit, dum suam illam filorum rotulam absolvat, atque; circinatum tandem quasi orbem

si orbem producat, Hunc decussata, paribus inter
vallis, quaterna subtegmina dividunt, quæ ipsa
segmenta singula, vicenis intertexta filis, æqua-
libus ubique maculis, scutulatum rete absolvunt,
ut, cum telam pertexuerint, octoginta omnino
internodiis, plagulisque, in muscarum perniciem,
spoliarium istud videatur concameratum. *An-
ni nostri, sicut aranea meditantur!* Quæ enim non
est continua eorundem exercitatio, plurimis
modò laboribus, modò timoribus vanis, modò
suspicionibus crebris, modò sollicitudinibus penè
innumeris comitata? concatenatus noster labor,
suspiria trahit perpetua, molimina varia, omnia
tamen ita comparata, ut in araneorum tandem
desinant conopéum. Tralucidum hoc tento-
riolum, ubi omnibus numeris est absolutum, ad
levem scoparum ductum intercidit: misella verò
aranea, vel in telâ sua interficitur, vel, laqueò ve-
lut, eâ trahitur ad mortem, pede obterenda.
Sicut aranea, anni nostri meditantur! Impru-
dens animalculum, homo, ut in altum emergat,
ut voluptatibus affluat, ut opes struat, ut retine-
at, ut augeat, quando satis tandem est fatigatum,
quando vario sudore, discursu plurimo, viscerũq;,
ad aranearũ morem, egestu est enervatũ, suo ipsi
sæpe operi immoritur: dies, quos geniales spera-
bat, fatales

tempus

fatales invenit, atque pro sepulchro accipit, quod
in splendidum sibi palatium destinârat. *Sicut aranea
meditantur anni nostri.* Octoginta aranearum
opus habet plagulas, octoginta nobis plerum-
que proponimus solis cursus. Quàm est auditu
gratum, *dies vitæ nostræ, esse septuaginta annos, &
si valentes fuerimus, octoginta?* Sed audi clausu-
lam: Excellentissimum eorum labor est, & dolor!
Non meditatatur aranea tantum, sed & facit: Nos
plurima meditantes, paucissima præstamus.
Grandia parturinus, re autem ad umbilicum ductâ,
nascitur ut plurimum ridiculus mus. Xerxes ad verum
Græciâ, clasibus operuerat mare, terrâ exercitu
pedestri. Sed vix transgressus montem Athenæ, equæ
partu leporum audiebat effusum. Significabat mon-
strum, aranearum prorsus telis simile, tanti apparatus
eventum futurum: pavido Xerxes regressu re-
gnum suum repetere cogebatur. Abrupto filâ, ne-
que in aranearum telis, ut diutius hæsitemus, cujus
gratia hæc prolata sunt, permittit. Fuit is Exi-
mius atque Honoratissimus DN. CASPARUS
Schwarztopff / Reipubl. hujus Civis primarius,
Sedecim - Vir, & Ædis Jacobæ præfectus.
Hic cum omnia arenearum esse telas deprehen-
deret, id unice egit, ut à Rei domesticæ, imò
publicæ etiam curis animum abstraheret, periisse
tempus

tempus rarus, quod non impenderet servitio DEI
Editus ille est, in hanc lucem, Wismariæ; ANNO
M. DC. LXXIII. die XV. Augusti, Patre quidem,
Eximio atque Integerrimo JOACHIMO
Schwarzkopff / Cive, & Zythopæo Wismari-
ensi primario: *Matre* verò, Honestissimâ Pudi-
cissimâq; Tilsche Schmiedes. *Avus* ipsi paternus
contigit, Nobilissimus & Amplissimus DN. GE-
ORGIUS Schwarzkopff / Consul dictæ Civita-
tis Wismariensis olim gravissimus: *Avia* paterna,
Ornatissima illa, sexûs sui, virtute, AGNETA
Gladowen / Nobilissimi & Consultissimi DN.
GLADOVII, itidem Consulis aliquando, filia re-
lictâ. *Avus* maternus fuit, Spectatissimus atque
Honoratissimus, BALTHASAR Schmiedt / Ci-
vis, & Cerevisarius, dum ageret apud Nos, Ro-
stochiensis: *Avia* materna Clarissima Matrona-
rum Tilsche Kirchhoffs / Viri Nobilissimi, Con-
sultissimiq; DN. BARTHOLDI Kirchhoffs / Con-
sulis olim Nostratis, filia dilecta. Hisce Parenti-
bus ac Majoribus natus NOSTER, atque initia-
tionis Sacramento renatus, solertissimâ, domi-
curâ est educatus, ut Præceptorum privatorû pa-
riter, ac publicorum operâ, & literaturæ, & quæ
primo erat loco collocanda, pietatis præprimis,
jaceret fundamenta. Sed crescentibus annis,
cùm

cum ad mercaturam, præ cæteris, animum applicaret, summo eandem conamine, non tantum in Borussiâ, aut Belgio, sed & in Hispaniâ, immò ipsâ Lusitaniâ deniq; , prolixissimo sanè, molestissimoque sæpè cursu est profecutus, donec, amore tandem patriæ, ad dulcissimam sibi Megapolim, ejusdemque Metropolim, tunc temporis fulgidissimam, Rosetum, puta, nostrum, & Apollini & Mercurio dicatum, retractus, Zythopæorum numero nomen daret. *ANNO M. DC. X.* disponente sic Altissimo, Lectissimam, & Pudicissimam Virginem, **MARGARETHAM Duncfers** / Viri Spectatissimi Prudentissimique, **DN. NICOLAI Duncfers** / Senatoris, eo tempore, apud Nos gravissimi filiam, in viræ, laborumque sibi sociam elegit. Ex quâ, amantissima illa Mariti, atque observantissimâ, filios duos, **CASPARUM, & NICOLAUM**, filiam itidem unam, **ELISABETHAM**, suscepit. Priores equidem duo, in primâ statim infantia, terrenis rursûm sunt subducti; sed **ELISABETHA** contra, Honestissimo, Germanæque prorsus fidei, Viro, **JOHANNI Schnetlern** / p. m. elocata, tribus Nostrum nepotibus, exhilaravit, **MARGARETHA** scilicet, **ANNA & JOHANNE**, omnibus adhuc, Divinâ gratiâ, & superantibus, &


&, testandi debiti officii causâ, funus lugentibus, excepto JOHANNE, qui mercaturam etiam nunc peregrè exercet. Sed hujus tamen vires supplet MARGARETHA, quæ Spectatissimo, Doctissimoque b. m. DN. NICOLAO GEISMARO, Secretario Judicii, hujus Urbis, vulgò das Gewette appellati, dignissimo, ANNO M. DC. LXVI. juncta, pronepotem Nostri scitissimum, JOHANNEM-NICOLAUM ducit. Viduatus hâc suâ Conjuge dulcissimâ, annum quidem luctûs solitarius absolvit; sed cum rei familiaris curam, humeris suis, nimis deprehenderet onerosam, ad secunda vota descendit, pronubô DEO, cum Cl. Honestissimâq; MARGARETHA Stebrands / Magnifici quondam & Nobilissimi DN. WEINHOLDI Stebrands / Jcti celeberrimi, ac Illustrissimi & Celsissimi DN. ULDARICI, beatissimæ memoriæ, Ducis Mecklenburgici, &c. &c. primùm Consilarii, pòst verò Serenissimæ SOPHIÆ, Danorum, Norvegarum, & Wandalorum Reginae Potentissimæ &c. &c. &c. Cancellarii dignissimi filia, Spectatissimi, Prudentissimique DN. FRANCISCI Schraders / Senatoris olim in hâc Civitate gravissimi, viduâ relictâ. Ex hoc conjugio, tranquillissimo planè, & optatissimo, quatuor quidem

den filios salutavit, JOHANNEM, FRIDERI-
CUM, BALTHASAREM, & CHRISTIA-
NUM, sed prioribus duobus, primò jam æta-
tis flore, decedentibus, tertioq; militiæ jam du-
dum adscripto, unius tantùm CHRISTIANI,
J. U. Cultoris, observantiâ filiali, in ultimâ hacce
senectâ, & potissimùm, cum Anno M. DC. LXVII.
posteriori etiâ Cõjuge suâ dilectissima orbaretur,
potuit gaudere, cui, pro omni, *Parenti beatissimo,*
ad eum usq; halitum, qui ipsi, præsentè plurimùm
Reverendo atq; Excellentissimo DN. JOHAN-
NE QVISTORPIO, Collega & Amico nostro
Honorando, aliisq; familiaribus adstantibus, die
præterito IX. Februarii ultimus fuit, declaratâ
pietate, diu bene esse, jubeat DEUS. Nos, CI-
VES OPTIMI, pietati huic nostram hodie jun-
xerimus, si, quod officiosè cum superstite dicto
CHRISTIANO rogant Cognati, frequen-
tissimi corpus, hodie in Æde Jacobæâ
tumulandum, fuerimus
comitati.

P. P. sub Sigillo Rectoris, die XV. Feb.

ANNO M. DC. LXIX.







tempus ratus, quod non impenderet
Editus ille est, in hanc lucem, Wismar
M. DC. LXXIII. die XV. Augusti, Pa
Eximio atque Integerrimo JOA
Schwarzkopff / Cive, & Zythopæ
ensi primario: *Matre* verò, Honest
cissimaq; *Tilsche Schmiedes. Avus*
contigit, Nobilissimus & Amplissim
ORGIUS Schwarzkopff / Consul
tis Wismariensis olim gravissimus:
Ornatissima illa, sexus sui, virtute, A
Gladowen / Nobilissimi & Consul
GLADOVII, itidem Consulis aliqua
licta. *Avus maternus* fuit, Spectabil
Honoratissimus, BALTHASAR
vis, & Cerevisiarius, dum ageret ap
stochiensis: *Avia materna* Clarissim
rum *Tilsche Kirchhoffs / Viri* Nobili
sultissimiq; DN. BARTHOLDI Kir
sulis olim Nostratis, filia dilecta. H
bus ac Majoribus natus NOSTER,
tionis Sacramento renatus, solertissi
curâ est educatus, ut Præceptorum p
riter, ac publicorum operâ, & literat
primo erat loco collocanda, pietatis
jaceret fundamenta. Sed crescer

